HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 24v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

et inflati sapientia seculari resurrectionem carnis negent. Hec ex
parte usq; hodie permanent non puto dubitare quia achaia iam uiderit. Ma
cedones in karitate laudantur et hospitalitate ac susceptione fratrum.
Vnde ad eos scribitur. De karitate autem fraternitatis non necesse habemus scribe
re uobis. ipsi enim ad hoc doceristis. ut diligatis inuicem et enim facitis illud
in omnes fratres. in uniuersa macedonia. Sed rephenduntur quod ociosi domos
circuitant. et alienum expectantes cibum. dum singulis placere desiderant.
et huc illucq; discurrunt. quod apud singulos agatur enumerant.
Sequitur enim. Rogamus autem uos fratres ut abundetis magis et operam detis ut
quieti sitis. et ut uestrum negotium agatis et operemini manibus uestris sicut
precepimus uobis. et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. et nullius
aliquid desideretis. Quod ne quis putet officio magis docentis quam uitio
gentis admonitum in seda ad eos sedet inculcat ac replicat dicens. Nam cum
essemus apud uos. hoc denuntiabamus uobis. quod si quis operari non uult. nec
manducet. Audimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete nichil
operantes. sed curiose agentes. His autem quibusmodis denuntiamus et obse
cramus in domino ihu xpo. ut cum silentio operantes suum panem manducent.
Longum est si uelim de aplo et de scripturis omnibus singularum gentium
uel uirtutes et uicia. cum adhec ipsa quae diximus inde deuoluta simus
quomodo galathe stulti et uecordes pnuntiati sint. Sed mecum quidem
anesiam metropolim galatie ciuitatem quod ne usq; sesmatibus dilacerata sit. quod dogmatum uaritatibus constructa. Omitto catafrigas
ositas. borborritas. et manicheos. nota enim iam hec humane calami
tatis uocabula sunt. Quis umquam passalorynchitas. et asciodrobos. et
astorgitas. et cetera magis portenta quam nomina in alia parte
romani orbis audiuit. Antiquae stultitiae usq; hodie manent uestigia. Vnum est quod inferimus. et pmissum in exordio reddimus. galathas
excepto sermone greco quo omnis oriens loquitur. ppriam linguam tan
dem pene habent. quam retineros. nec referre si aliqua ex inde corru
perint cum ethnicis latinis et regionibus cotidie mutentur et deporent. Sed iam
ad ppositum reuertamur. Quicumq; enim ex operibus legis sunt. sub male
dicto sunt. Scriptum est enim. Maledictus omnis qui non permanserit in om

obseruare